



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

B. Nicolaus Conf. 23. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

23. Feb. VITÆ SANCTORUM. 135  
aggressus est. Idem in aliis templis, su-  
blato à vivis Theophilo, factitavit, fe-  
lici semper manu, et si non haberet jam  
manum. Ex Ceuropal. & Zona.

Quicumque speciem animæ custodire  
desiderat, peccatum omne materiamque  
peccandi summo studio derelinquit. Quid  
enim sic fœdat mentem, Deique deformat  
imaginem, quemadmodum scelera? Quot  
delicia, tot maculæ gestantur in anima.  
S. Laur. Iust. de casto Conn. c. 21.

B. NICOLAUS CONF. 23. Februarij.

Nesciunt, qui aris struunt ornantque,  
quām propè absint ab eo, cui  
struunt, cui ornant. At seire poterunt,  
si velint. Audierat jam vocantem D E U M  
N I C O L A U S, & monachum indutus  
aram curabat, cùm Christus talem illi se  
objecit, qualis inter A postolos obam  
bulare terras visus est, & iteratò ad signa  
sua illis verbis invitavit: N I C O L A E  
sequere me. Nimirum erat hoc currenti  
stimulos addere, contra quos toties  
hodie (cùm D E U S à mundi uberibus a  
vocat) ignavi cunctatores calcitramus  
etiam. Nec adeò multum temporis a  
biit, cùm N I C O L A O facienti amicus  
Christus non jam post cancellos, hoc est  
panis nubem, sed qualem Angelorum  
oculis homines invideimus, prospicere  
visus est, ut post tantos Numinis favo-

136 VITÆ SANCTORUM. 24. Feb.  
res minus jam mirer familiarem NICO-  
LAI cum beatis Alitibus consuetudi-  
nem; qui, cum dæmon malus Divum  
per fenestram jam jam in præceps age-  
ret, auxilio officiosi ad volarunt, terri-  
tumque in geminos choros divisi anima-  
runt, mox etiam oculis omnem, qua in  
ipsis amatur, spectandam elegantiam  
propinarunt. S. Dorothea etiam animo  
inter insultus dæmonis fluctuanti præ-  
sentem opem tulit. Sed ego modestiam  
miror animi in NICOLAIO. Prior omni-  
bus in monasterio cùm esset, ut postre-  
mus esset, frustrà diu supplicarat; tan-  
dem orando undecies millies Dominicam,  
tories Angelicam precationem,  
cælum exoravit. Ergo tanti putavit ho-  
nores vendere, quanti hodie emerent  
alii. Ex ligno vitæ Arn. Wion.

Per Christum sensibus innovatus, abje-  
cta sæculi hujus figurâ formam tuam in  
formam tui redire Salvatoris; ut novitas  
sensuum tuorum in tuis actibus elucescat,  
¶ cœlestis homo cœlesti habitu jam gradia-  
tur in terra. S. Pet. Chrys. hom. 120.

S. MATTHIAS APOST. 24. Februarij.

Quem locum scelere infando & mor-  
te infami vacuum Judas fecit, eum  
hodie MATTIAS virtus occupavit, nu-  
merumque numero suo carentem felicissi-  
mè instauravit, cùm nobilissimo Can-  
didato cæli etiam vota suffragarentur.

Eigo